

CONCILIUM LATINUM LODZIENSE XVIII

Dilecti Latinitatis cultores,

invitamus vos ex animo ad Concilium Latinum Lodziense XVIII quod fiet die **20-o m. Maii A.D. MMXXIII**, qui est dies Saturni. Cui conventui titulus erit:

EX NAVICULA NAVIS, sive de rebus minutis in maximas crescentibus

Agetur de omnibus quae, illius grani sinapis instar, tractu temporis ex minimis non tantum maiora fiant, sed etiam cetera magnitudine superent. Disseri igitur poterit aequae de naturalibus omnibus – tam viventibus quam inanimatis, tam ad corpora quam ad mentis actionem pertinentibus – increscentibus, ac de actibus operibusque humanis. Quorum exemplar simulque argumenti hoc anno constituti causa civitas nostra ipsa Lodzia est, anno MCCCCXXIII privilegio Vladislai Jagellonis locata post aliquot saecula autem rapide in urbem frequentissimam aucta - *ex navicula Navis* facta verissime.

Concilium (tandem post pestilentiam) habebitur in aedibus Facultatis Philologicae Universitatis Lodziensis, situs Lodziae ad viam Pomorska 171/173. Iis tamen qui, ob iter longum aliamve causam, ipsi adesse non possint, aditus interretialis – per programma MS Teams – quoque patebit.

Si quis quoddam ad rem pertinens proferre velit, brevis sermonis titulum mittat ad Annam Maciejewska aut Silviam Krukowska (vide infra) usque ad Kalendas Maias. Quem terminum quaesumus observetis, ut de rerum dispositione ad tempus decerni possit. Item nomina dent ei, qui audire tantum per interrete velint, ut electronice ad concilium invitari possint.

Si quid praeterea scire vultis, interrogandae sunt:

A. Maciejewska (anna.maciejewska@uni.lodz.pl), S. Krukowska (sylwia.krukowska@filologia.uni.lodz.pl)

Zapraszamy Państwa do udziału w osiemnastej konferencji z cyklu *Concilia Latina Lodziensia*. Odbędzie się ona w sobotę **20 maja 2023**. Temat tegorocznego Concilium to:

Przedmiotem spotkania będzie wszystko to, co na podobieństwo ziarnka gorczycy będąc maleńkim, z czasem nie tylko po prostu rośnie, ale przerasta otoczenie. Chodzi zarówno o wzrost i rozprzestrzenianie się naturalne – czy to istot żywych, czy obiektów przyrody nieożywionej, czy to dotyczące materii, czy psychiki – jak i o działania i dzieła człowieka. Ich przykładem i jednocześnie przyczyną, dla której w bieżącym roku wybrałyśmy ten właśnie temat, jest sama nasza Łódź, lokowana przywilejem Władysława Jagiełły w roku 1423, która po kilkuset latach rozwinęła się błyskawicznie w ludne miasto: z *łódeczki Łódź*.

Miejscem obrad będzie (nareszcie po pandemii) budynek Wydziału Filologicznego Uniwersytetu Łódzkiego przy ul. Pomorskiej 171/173 w Łodzi. Osoby, które ze względu na odległość lub inne utrudnienia nie mogą przybyć osobiście, zapraszamy do udziału zdalnego przez platformę MS Teams.

Tytuły wystąpień (krótkich: ok. 10 minut) prosimy zgłaszać do 1 maja do dr Anny Maciejewskiej lub dr Sylwii Krukowskiej. Prosimy o dotrzymanie terminu, aby można było w porę ułożyć plan obrad. O zgłoszenie udziału prosimy również wszystkich uczestników zdalnych. Obowiązuje język łaćski.

Dodatkowe informacje: